

THIRD SUNDAY AFTER EASTER

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Psalms 65: 1-2

Jubiláte Deo, omnis terra, allelúja: psalmum dícite nómini ejus, allelúja, date glóriam laudi ejus, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 65: 3) Dícite Deo, quam terríbia sunt ópera tua, Dómine! in multítudine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Jubiláte Deo, omnis terra, allelúja: psalmum dícite nómini ejus, allelúja, date glóriam laudi ejus, allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui errántibus, ut ín viam possint redire justífiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis, qui christiána professióne censéntur, et illa respúere quæ huic inimica spurnè sunt nómini; et ea quæ sunt apta sectári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 2: 11-19

Caríssimi, Óbsecro vos tamquam ádvenas, et peregrínos abstínere a carnálibus desidériis, quæ militánt advérsus ánimam, conversatiónem vestram inter gentes habéntes bonam: ut in eo, quod detréctant de vobis tamquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerátes, gloríficent Deum in die visitatiónis. Subjécti ígitur estóte omni humanæ creatúræ propter Deum: sive regi, quasi præcellénti: sive dúcibus, tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactorum, laudem vero bonórum: quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes obmutéscere faciátis imprudentium hóminum ignorántiam: quasi líberi, et non quasi velámen habéntes malitiæ libertátem, sed sicut servi Dei. Omnes honoráte: fraternitátem dilígite: Deum tíméte: regem honorificáte. Servi, súbditi estóte in omni tímóre dóminis, non tantum bonis et modéstis, sed etiam dyscolis. Hæc est ením grátia: in Christo Jesu Dómino nostro.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. (Ps 110: 9) Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúja. (Luke 24: 46) Oportébat pati Christum, et resúrgere a mórtuis: et ita intráre in glóriam suam. Allelúja.

GOSPEL John 16: 16-22

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Módicum, et jam non vidébitis me, et íterum módicum, et vidébitis me: quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discíplulis ejus ad Ínvicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Módicum, et non vidébitis me: et íterum modicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem? Dicébant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Módicum? nescímus quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Módicum, et non vidébitis me: et íterum módicum, et vidébitis me? Amen, amen dico vobis: quia plorábitis, et flébitis vos, mundus autem gaudébit: vos autem contristabímini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam habet, quia venit hora ejus: cum autem pepérerit púerum, jam non méminit pressúræ propter gáudium: quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habébitis, íterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis.

OFFERTORY Psalm 145: 2

Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo, quámdiu ero, allelúja.

SECRET

His nobis, Dómine, mystériis conferátur, quo terréna desidéria mitigántes, discámus amáre cæléstia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimam, gloriosus prædicáre est Christus, nostrum íterum immolátus est Pascha. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni millítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION John 16: 16

Módicum, et non vidébitis me, allelúja: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem, Allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Sacraménta quæ sumpsimus, quæsumus, Dómine: et spirituálibus nos instáurent aliméntis, et corporálibus tueántur auxiliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Shout with joy to God, all the earth, alleluia: sing ye a psalm to His Name, alleluia: give glory to His praise, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 65: 3) Say unto God: How terrible are Thy works, O Lord! In the multitude of Thy strength Thine enemies shall lie to Thee. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Shout with joy to God, all the earth, alleluia: sing ye a psalm to His Name, alleluia: give glory to His praise, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, who to those that go astray dost show the light of Thy truth, that they may return to the path of justice: grant that all who are enrolled in the Christian faith, may both reject all that is hostile to that name, and follow after what is fitting to it. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I beseech you, as strangers and pilgrims, to refrain yourselves from carnal desires, which war against the soul, having your conversation good among the Gentiles: that whereas they speak against you as evil-doers, they may, by the good works which they shall behold in you, glorify God in the day of visitation. Be ye subject therefore to every human creature for God's sake: whether it be to the king as excelling, or to governors as sent by him for the punishment of evil-doers and for the praise of the good: for so is the will of God, that by doing well you may put to silence the ignorance of foolish men: as free, and not as making liberty a cloak for malice, but as the servants of God. Honor all men: love the brotherhood: fear God: honor the king. Servants, be subject to your masters with all fear, not only to the good and gentle, but also to the froward. For this is thankworthy before God: in Christ Jesus our Lord.

Alleluia, alleluia. (Ps. 110: 9) The Lord hath sent redemption to His people. Alleluia. (Luke 24: 46) It behooved Christ to suffer and to rise again from the dead, and so to enter into His glory. Alleluia.

At that time. Jesus said to His disciples: A little while, and now you shall not see Me: and again a little while, and you shall see Me: because I go to the Father. Then some of His disciples said one to another: What is this that He saith to us: A little while, and you shall not see Me: and again a little while, and you shall see Me: because I go to the Father? They said therefore: What is this that He saith, A little while? We know not what He speaketh. And Jesus knew that they had a mind to ask Him. And He said to them: Of this do you inquire among yourselves, because I said: A little while, and you shall not see Me: and again a little while, and you shall see Me? Amen, amen, I say to you, that you shall lament and weep, but the world shall rejoice: and you shall be made sorrowful, but your sorrow shall be turned into joy. A woman, when she is in labor, hath sorrow, because her hour is come: but when she hath brought forth the child, she remembereth no more the anguish for joy that a man is born into the world. So also you now indeed have sorrow: but I will see you again and your heart shall rejoice: and your joy no man shall take from you.

Praise the Lord, O my soul: while I live will I praise the Lord: I will sing praises unto my God while I have being, alleluia.

Grant, O Lord, by these mysteries, that checking our earthly longings, we may learn to love heavenly things. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

A little while and you shall not see Me, alleluia, and again a little while and you shall see Me, because I go to the Father, alleluia, alleluia.

May the Sacraments which we have received, we beseech Thee, O Lord, renew us with spiritual refreshment and defend us with bodily help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.